nat, cōſtituitur preciū, ſeu onus aliqđ pecuniariū, ta-
le priuilegiū, ſeu talis cōceſſio efficitur cōtractus irre
uocabilis, & facit l. fundi, C de fund. patrimo. lib. 10.
& l. 2. & fi. C. de loca. p̄d. ciui. lib. 11. cū ſi. alleg ꝑ Paul.
de Caſt. in d. conſi. 230. & idē in d. l. digna uox, C. de
30 legib. Pręterea † ex quo dicti Ghiſilardi īducti fuerūt
ad emēdum ſatis magno precio locū illū, & domun
culā cum rota, quia ipſis fuerat à Reuerēdiſſimo do-
mino Legato, & à Regimine ciuitatis Bononiæ con
ceſſum ædificare, & erigere molēdinū, aliàs locum
illum nō empturi, niſi habuiſſent hanc licentiam, &
ius perpetuum habēdi molēdinum cū modis, & ca-
pitulis, de quibus in literis ſuæ cōceſſionis, ſequitur,
ꝙ huiuſmodi cōceſſio ſapit cauſā oneroſam, & uim
cuiusdam quaſi contractus innominati habere dici
tur per ea, quæ in ſimili uoluit Pau. de Caſt. in d. l. di-
gna uox, dum loquitur de ſtatuto facto, ſeu de priui-
legio conceſſo uenientibus ad habitandum in loco,
ſeu in ciuitate aliàs nō habitaturis, ꝙ tale priuilegiū
poſtquam uenerint ad habitandum nō poteſt reuo-
cari ad præiudicium illorū, quibus ius erat iā acqui-
ſitum, nam ex hoc dicitur celebratus contractus qui
dā innominatus cū illis, qui ad habitandū uenerunt,
& cum ex parte habitātium adimplemētū ſequutū
fuerit, pęnitētię, & reucationi amplius nō eſt locus,
ut ibi concludit Paul. de Caſt. quē doct. cōiter ſequū-
tur. Rurſus Ghiſilardis ad effectū, ut emerēt dictum
locum cū domuncula pro fabricādo unum molen-
dinum ad utilitatem habitantium tàm in ciuitate,
quàm extra, fuit facta conceſſio, & datum priuilegiū
cōſtruēdi dictū molēdinum, & faciēdi, ac adimplē-
di ea, de q̄bus in literis domini Legati, & cōfirmatio
nis apoſtolicæ habetur, ergo ſequitur, ꝙ ex hoc dici-
tur quidā contractus innominatus celebratus, & ipſi
cēſentur hoc ius, & priuilegiū habere potius ex cau-
ſa oneroſa, q̄ ex mera liberalitate, ſicut in ſimili uo-

luit do. Card. in d. cōſi. 47. & ideò talis cōceſſ[...]
tura poſt ſequutum adimplementū, & ius qu[...]
31 dicitur eſſe irreuocabilis ꝑ prædicta. Et † quan[...]
cauſa iuſta ſaltem inter ſubditos talis conceſſ[...]
uocabilis, ut concludunt omnes maximè mo[...]
ibi Fel. in d. c. 1. de probat. & in d. c. quæ in eccl[...]
l. item uerberatum, ff. de rei uendica. & uolui[...]
l. fi. ff. de ſenator. Imo. & Ant. in c. cū M. de cō[...]
licet cauſa publicā utilitatē cōcernens, & ut fr[...]
euitētur, uideatur eſſe iuſta cauſa reuocandi [...]
l. item uerberatū, & ita pōt intelligi tex. in l. co[...]
agri, cū gl. ff. de publica. ſecundum Paul. de Ca[...]
cōſi. 230. in ult. col. Et in caſu noſtro etiā Papa [...]
uerēdiſſimus dominus Legatus, & dominus V[...]
fer iuſtitiæ unà cum Regimine cōceſſerint cre[...]
bus moliturarum, & creſcimoniarū priuileg[...]
indultū cū derogatione eorum, quæ fuerunt q[...]
cunque perſonis cōceſſa, & cum fecerint ob p[...]
utilitatem, & ut fraudes tollerētur, & euitare[...]
in literis ſuis cōtinetur, & ex his uideretur di[...]
ob has iuſtas cauſas de nouo ſuperuenientes p[...]
gia, & cōceſſiones dictorum de Ghiſilardis, [...]
uim cōtractus haberēt, reuocari potuerint, [...]
co, ꝙ cauſę conceſſionis, & reuocationis, ſeu[...]
tionis allegatę in proclamatibus, & mādatis [...]
diſſimi domini Vicelegati, & Regiminis, & [...]
ris Sāctiſſimi domini noſtri dictis creditori[...]
ceſſis ueræ in ſe nō fuerunt, ſed falſæ, & alle[...]
obreptionē doloſam dictorū creditorum ad[...]
cium eorum, qui molēdina extra ciuitatē Bo[...]
32 habebāt, † quę obreptio doloſa, & expreſſio [...]
ſæ ipſo iure uitiat gratiam, & cōceſſionem di[...]
ditoribus factam, ut eſt tex. ibique doct. ma[...]
der. in c. in literis, extra de reſcript. & faciunt [...]
uoluit Pet. de Anch. in conſi. 184. incip. uiſis [...]
33 rum, quia † ut dicunt Inn. in c. cū dilecta, de re[...]
& do. Ant. in c. ex parte, de capel. mona. & Al[...]
conſi. 60. in finalibus uerb. in 2. uol. uitium ob[...]
nis maius eſt, q̄ ſubreptionis, quoniā obrep[...]
ſemper in ſe cōtinet, ſed nō ſubreptio, & ideò [...]
uitiat, ut ibi: nam Papa motus ex informatio[...]
ta ex literis, & cōceſſionibus Reuerendiſſimi [...]
gati, & ex proclamatibus factis pro parte Ma[...]
do. Vexilliferi iuſtitiæ, & Regimini ciuitatis [...]
nię confirmauit, & ita conceſſit cū pleniori [...]
tione, de qua habetur in literis ipſis creditor[...]
34 ceſſis: quæ informatio uera nō fuit, & † ideò [...]
tio dictæ cauſæ iuſtæ, quæ tamen falſa fuit, & [...]
petrantium expreſſa, reddidit conceſſionem [...]
gati nullam, & inualidam, & conſequenter co[...]
firmatio, & conceſſio ſedis apoſtolicæ inuali[...]
& non potuit conceſſionem Legati cōfirma[...]
cōualidare per ea, quæ uolunt Archidiaco. & [...]
nic. in c. cenomanenſem, 56. diſtinct. & do. d[...]
in deciſio. 619. ubi dimembratio unius eccl[...]
à Legato de latere, & poſtea à ſede apoſtolic[...]
mata cum clauſulis pregnātibus, de plenitu[...]
teſtatis, & ex certa ſcientia, & ſupplentes om[...]
fectum, non ualet, & confirmatio nihil opera[...]
obſtantibus clauſulis appoſitis. nam conceſſ[...]
firmatio fuerunt inualidæ, ita omnis clauſul[...]
ſita per id, quod uoluit gloſa in l. ſi patronus [...]
tronum, ff. ſi quid in fraud. patron. quam [...]
commendat Bal. in quodam ſuo conſilio [...]
filia inſtituta, & in l. ex cautione, in 3. col. C. [...]
numera. pecunia, & habetur per Abbatem [...]
ſilio 72. ergo nec conceſſio Legati, nec confi[...]
Papę cum ſuis clauſulis potuit quicquam op[...]
reuocationem priuilegij illorum de Ghiſila[...]
ea etiam, quæ uoluit Pet. de Anchara. in d. co[...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

& Felin.in c.ad aures,in fi.6.col.uerſi. quartus caſus, extra de reſcriptis,quia nō ſolum Papa fuit malè informatus,& circunuētus,ſed etiam Legatus,& magnifici domini Vexillifer, & Quadraginta fuerunt ſeducti,ac decepti ab ipſis creditoribus contra ueritatē allegātibus fraudes, deceptiones, & damna rei publicæ, quæ ab habētibus molēdina extra ciuitatē cōmittebantur, qm̄ nulla unquā deceptio,nec fraus cōmiſſa, nec aliquod dānū reipublicæ illatū fuit: & hoc,ꝙ fuerit illatū dānum,& fraudes,ac deceptiones fuerint commiſſæ aduerſus creditores,& Cameram Bononiæ, quamuis fuerit deductū, & allegatū, nunquam tamen probatum fuit,nec ſuper eo cognitū,prout cognoſci,& probari debuit ad hoc, ut priuilegia habētium molēdina extra ciuitatem reuocari,& quaſi cōtractus, ac iura iam diu acquiſita tolli, reſcindi,& inualidari poſſent,& ad hoc, ut iuſtè ſuis quaſi poſſeſſionibus priuari,& in eis turbari ualerēt, alioquin ex ſimplici relatione, & allegatione dictarum cauſarum cōcernentium utilitatem publicam, fraudes,ac deceptiones non potuerunt dicta priuilegia,quæ in uim cōtractus tranſiuerunt, reuocari,nec tolli maximè in præiudicium iurium iam acquiſitorū,ut cōcludunt doct. omnes, in d.c.1.de probat.in d.c.quæ in eccleſiarum, & in l.fi. C.ſi contra ius, uel util.pub.dicentes, principem poſſe tollere ius alteri iam quæſitum,& reuocare cōceſſiones factas etiam in uim contractus ob iuſtam, & legitimam cauſam, puta propter publicam utilitatem, & ad euitandum ſcādala,fraudes,& tumultus,ut in d.l.cotem, §.agri, cum ibi not.intelligunt enim hoc eſſe uerum,quādo uerè cōſtaret,de cauſa huiuſmodi iuſta, & legitima, quia fuiſſet probata,& de ea fuiſſet cognitū, nō autē ſimpliciter allegata:Sed in caſu noſtro nō fuit de huiuſmodi cauſis cognitum,nec probatum,nec de illis uerè cōſtitit,ergo,&c.Præterea dico,† ꝙ ex iuſta cauſa de nouo ſuperuenięti Papa pōt reuocare cōceſſiones habentes uim cōtractus,& ad pręiudiciū iuris iā acquiſitū,quando expreſsè cōſtaret, ꝙ uoluiſſet reuocare,& ita doct.pręfati loquūtur,& intelliguntur,& nō aliter,ſed in caſu noſtro,ut ex prædictis apparet, & ſupra probatū fuit,de intentione,& uoluntate Papæ nō fuit reuocare priuilegia illorū de Ghiſilardis, tū quia ius fuit ipſis iam diu acquiſitū, & ipſi iam diu in quaſi poſſeſſione pacifica fuerunt,tum quia inductus fuit ex falſa cauſa,tum quia conceſsiones illis factæ uim contractus obtinent,tum quia reuocatio huiuſmodi magnū præiudiciū inferret, pluraq; alia ex hoc ſequerentur,quæ de iure ſequi non poſſunt, ergo,&c. Ex† clauſula motus proprij,& ex certa ſciētia poſita in literis dictis creditoribus conceſſis nō extēdit gratiam ultra intentionem,& uoluntatem cōcedentis,ut uoluit Io.An.quē alij ſequuntur,in c.ſi motu proprio,cum ſequen.de præben. in 6.nā licet talis clauſula faciat ſubreptionem ceſſare,tamen defectū intētionis ipſius concedētis non tollit,ut ibi,& habetur,in clem.ſi romanus,de præben.Præterea† ſi clauſula motus ꝓprij eſſet unita etiā cū alijs clauſulis derogatorijs,& cū quibuſcunque clauſulis non obſtantibus generalibus, & prægnātibus, quamuis literarū ſubreptionem tolleret,non tamē tollere priuilegia, & alia iura ſpecialia,& cauſa aliquā ſpecialitatis habentia, ut quando ius aliquod formatum iam eſſet acquiſitum,uel illa in uim cōtractus conceſſa eſſent, ut uoluit Alex. in cōſi.122.in 4.col.uol.4.ꝑ id,qđ uoluit Feder. de Senis in conſi.137.Ant. de But.in c.cū M.de conſtit.l.titius,de obſequiis, Bal.in l. princeps, ff.de legibus,Imo.in d.c.quę in eccleſiarū,Fel.in d.c. accedētes,de pręſcrip.in d.c.nōnulli, & ī c.ad aures, de reſcrip.& ī tracta.quādo literæ apoſtolicæ noceāt

iuri patrona.in 6.col.& ita referunt,& ſequūtur Moder.in tract.de benefi.in 3.parte,ī 14.q.& hoc uoluit Gaſpar Calda.in conſi.72.ſecundū ordinē conſiliorū,quæ non impreſſa penes me extant. l.ſi pater,§.ſi qs,ff.de donatio.& Inno.in c.in noſtra,de iniur.Rur
39 ſus,ueluti ſupra etiam tetigi,†clauſula motus ꝓprij, & ſi qualitates extrinſecas excludit,d.c.ſi motu,non tamen intrinſecas, nec ad dānū, & præiudiciū tertij operatur, ut ius alteri ꝑfectè acquiſitū auferatur, ut uolūt etiā domini de Rota,in deciſ.111.& 112.īcip. licet, &c.in nouis,& in deciſ.445.īcip.motus ꝓprius in antiquis, & plenè ꝑ Felin.in d.c.ad aures,in 6.col.
40 Accedet ad hæc,ꝙ†clauſula motus proprij nō remouet ea, quæ poſſunt reddere gratiā nullā, ut habetur per dominos de Rota,in deciſ.313.incip.Motus proprius in nouis,qui allegāt Io.An.in d.c.ſi motu pro-
41 prio:& † Fel.in d c.ad aures,in 6.col.cum ſequen.in uerſi.quartus caſus,extra de reſcrip.dicit,ꝙ licet motus ꝓprius tollat uitiū ſuppreſſionis,d.c.ſi motu,non tamen tollit uitiū expreſſionis falſæ cauſæ,& qualitatis,ſuꝑ qua Papa ſe fundauit in faciēdo gratiā,& priuilegiū:Cū ergo Papa cōceſſerit motu proprio cōfirmationē,& priuilegiū creditorū ob cauſam falſam, & nō uerā,expreſſam,cōfirmatio,& conceſſio facta debet dici nulla,& inualida,d.c.ſuper literis,cū ſi.ibi per Felin.allegatis,& inter alia eſt optimū conſi.An
42 char.184.incip.uiſis famoſorū.Præterea† cum Papa uſus fuerit his clauſulis non ſuper ijs, quæ ab eo principaliter cōceſſa,& diſpoſita fuerunt,ſed ad cōfirmādū ea,quæ Legatus fecerat,ſeu cōceſſerat,tales clauſulæ in hac confirmatione appoſitæ nō firmāt conceſſionē,& diſpoſitionē Legati,qa defectū poteſtatis Legati nō ſupplēt ꝑ ea,quę not.uoluit Arch.& ſeqtur Domin.in d c.cenomanēſem,56.diſt.& faciūt tradita à dominis de Rota,in deciſ.619. per not. per
43 Inn.in c.1.de trāſac.Adduco etiā id,† qđ uoluit glo. in l decurionibus,C.de ſilentiar.lib.12. ꝙ ubicūque aliqua diſpoſitio ad alicuius fauorem emanauit, per quā fuerit illi ius acquiſitū,ꝑ derogationē poſtea generaliter,uel ſpecialiter factam ei nō dicitur derogatum,niſi de illa diſpoſitione mentio ſpecialis, & expreſſa in derogatione facta fuerit,de qua glo.feſtum facit Bal.in c.1.§.ſancimus quo tem.mil inueſ.per.deb.in l.nō plures,C.de ſacroſan.eccle.in auth.habita,C.ne fil pro pat.in l.ſi cum,ff.de dolo,in l.dotalē, ff.de teſta.milit.in l.1.ff.de conſtit.princ.in c.1.de reſcrip.in c.graue,de offi.ordi.& ī c.ueniēs, de reſcrip. & Roma.in l.hac conſultiſſima, C.qui teſta.fa.poſſ.
44 ¶ Vltimo† quāuis princeps poſſit ex iuſta cauſa reuocare cōtractū,& iuri iam quæſito præiudicare, puta ob publicam utilitatē,ut ſupra, tamē hoc debet facere cū recōpēſatione,& reſtauratione dāni,aliàs præiudicare nō poſſet, ut uoluit Paul.de Caſt. poſt Cyn. in d.l.digna uox,in ultima col.Felin.in d.c.quæ in eccleſiarū,Inno.in c.1.in fi.de renuncia.& Bal.in c.1.§. ad hæc,in 3.col.de pace iuram.firman.Quod quidē in caſu noſtro factum non fuit,ergo,&c. ¶ Et quamuis ex prędictis remaneāt reſoluta illa,quę primo loco ſupra in contrarium adducta fuerunt, tamen, ut clarius ſublata appareāt,ad primum breuiter reſpon
45 deri poteſt,ꝙ†clauſula illa pro expreſſis habētes, & clauſula derogatoria priuilegiorū, de quibus etiam plena, & expreſſa, ac de uerbo ad uerbū mētio eſſet facienda,non tollunt priuilegia,in quorum derogatione datur certa forma, & de qbus mētio de uerbo ad uerbum fieri debet:& hæc eſt magis cōis opinio, ut uoluit Felin. in c.ad aures, & in d.c.nonnulli, & referunt Moder.in d.tracta.de benefi. in 3. parte, in quæſtio. 14.& Alexan. in terminis, in dicto conſilio 122.etiā ſi cum illis clauſulis appoſita eſſet clau-

ſula

ſula motus ꝓprij, ut ſupra dixi, qđ aliter nõ repeto:
& ex his reſponſum eſt etiã ſecundo fundamẽto. Se
46 cundo reſpõdetur, † ꝙ quãdo de graui præiudicio al
terius, & iuris iã formaliter queſiti ageretur, nõ ſuffi
cerẽt dictę clauſulę ad tollẽdũ priuilegiũ alteri prius
cõceſſum, ad tradita per Paulum de Caſt. in d. conſi.
230. cũ alijs infinitis ſupra ꝑ me ad propoſitũ allega-
tis. Tertio dictæ clauſulæ non ſufficiunt ad tollẽdum
priuilegiũ alicui ex cauſa oneroſa conceſſum, & qđ
in uim quaſi cõtractus trãſiuit per ea, quæ ſupra fue-
rũt adducta. Et dũ dicebatur, ꝙ ſi ꝑ huiuſmodi clau-
ſulas nõ derogaretur ꝗbuſcũque priuilegijs ſub qua-
cũque forma, & cõceptione uerborũ cõceſſis, ſeque
retur, ꝙ raro, & difficulter Papa, qui põt priuilegia
cõceſſa reuocare c. ueniens, de præſcript. illa reuo
caret, nam ei difficillimũ foret illorum copiã, & te-
norem habere, & ſic per indirectum Papa cõcedens
priuilegia ſibi, & ſucceſſori legem, quodãmodo im-
poneret, tũc ad hæc, & plura alia dicas, ut ſatis plenè
reſpõdent præfati Moderniſſi in d. tracta. de benefi-
cio, in tertia parte, in q. 14. in uerſ. quinto pro iſta cir
ca finem illius, & ibi ꝑ totũ maximè, in 6. col. uerſi.
nunc ſoluendo, ubi poſt plures, quos allegãt, dicunt
etiam dictas clauſulas operari in derogatione legũ,
& iuris, non autẽ priuilegiorũ ad præiudicium maxi
mè iuris formati iam perfectè acquiſiti, & illorũ pri-
uilegiorum, quæ in uim cõtractus tranſiuerũt, ut ſu
47 pra. Præterea † clauſula motus proprij cum clauſula,
nõ obſtantibus operatur reuocationẽ omnium pri-
uilegiorũ ſub quacunque forma cõceſſorũ, quando
ſunt talia priuilegia, quæ ſolo nutu, & uolũtate prin
cipis abſque aliqua iuſta cauſa, & diſpẽſatione reuo-
cari, & tolli poſſunt, ut quia merã, & purã gratiã cõ-
tinerẽt, ut in d. c. ſi motu, cũ ſimilibus ad hoc ſupra
allegatis: ſecus, ſi eſſẽt talia priuilegia, quæ abſque di
ſpẽſatione, & iuſtiſſima cauſa nõ poſſent à principe
ſolo nutu, & ſola uolũtate reuocari, ut quando de iu
re iam perfectè, & formaliter acquiſito ageretur, itẽ
quãdo priuilegiũ eſſet ex cauſa oneroſa cõceſſum,
uel uim cõtractus haberet per prędicta, ut colligitur
ex ijs, quæ uoluit And. Barb. in conſi. 56. col. 8. in fin.
uer. ibi cum ergo clara in ſecunda parte, & Feli. in c.
cõſtitutus, in 4. col. in quarta limitatione, de reſcrip.
ꝑ tex. in c. non poteſt, eod. tit. in 6. cum alijs ſupra al-
legatis, ſed priuilegia illorũ de Ghiſilardis ſũt huiuſ-
modi, ut dictum fuit, ergo, &c. Vltimo reſpondeo, ꝙ
48 † clauſula motus proprij remouet obſtaculum ſubre
ptionis, ſed non tollit aliud obſtaculũ, quia nõ eſt ue-
riſimile, nec dicendum, ꝙ Papa per huiuſmodi clau
ſulam motus proprij, & per alias ſupra dictas uolue-
rit aliquẽ iure ſibi perfectè, & formaliter acquiſito
priuaret, ut dicunt Abb. Ant. & Imo. in c. cum in no
ſtris, de conceſſione præbendæ, & Feli. in c. in noſtra
49 col. 29. de reſcript. Et † quamuis clauſula motus pro-
prij tollat uitium ſubreptionis, d. c. ſi motu proprio,
tamen nõ tollit uitium expreſſionis falſæ cauſæ, quæ
in facto alieno cõſiſtit, quin propter hanc expreſſio-
nem priuilegium, & gratia ſint nulla, & inualida, ut
pulchrè docet Felin. in d. c. ad aures, in 6. col. uerſi.
quartus caſus; & ad prædicta optimè facit id, qđ col-
ligitur ex gl. in l. ſi patronus, §. ſi patronum, ff. ſi quid
in fraud. patro. quam Bal. pro aurea allegat, in l. ſi ex
cautione, in 3. col. C. de nõ numerata pecunia, & ha
betur per Abba. in conſi. 72. ubi ſi reſcriptũ fuerit ex
falſa cauſa, ſeu ex dolo impetrantis, uel petentis im-
petratum, omnis clauſula etiã ex certa ſciẽtia, & mo
tu proprio, omniſque alia cenſetur appoſita, & ema
naſſe ex falſa cauſa, & ob dolum, nihilque operatur,
& eſt inualida, ſicut principalis conceſſio. ¶ Non ob
ſtat tertium fundamẽtum, ꝙ de ſtylo curiæ, ꝗſit, hæ

clauſulæ ſufficiant, qui ſtilus eſt ſeruandus
habentur per Ant. in conſi. 53. & per docto
mè Modern. in d. c. 2. de reſcript. cũ alijs, qu
50 detur primo nullum ſtilum in hoc extare, &
allegans tenetur probare per ea, quæ uoluit
de ꝗbus, ff. de legibus, Modern. in d. c. 2. & lo
51 Ant. & alij in c. fi. de conſuet. Secundo dico,
quis extat ſtilus, ille habet locũ in mecis, & ſi
bus priuilegijs, quorũ reuocatio à ſolo nutu,
tate principis depẽdet, & ita loquũtur Ant. &
locis allegatis, ſed nõ in priuilegijs conceſſis
ſa oneroſa, & quæ in uim contractus trãſiuer
poſt ius perfectè, & formaliter acquiſitũ. Ne
id, quod uoluit Feder. de Sen. in d. conſi. 47. q
met poſtea ſe correxit, & cõtrarium cõſulu
ſi. 223. ut dicit Pet. de Anchara. in c. cum in
cenſibus, & habetur expreſsè per Andream
conſi. 27. ſcripſit Propheta, in ult. col. uolu.
obſtat ultimum fundamentũ, quia clarè, & b
illi ſupra reſponſum ex ijs, quæ dixi circa ſec
fundamentum factũ ad fauorẽ illorũ de Gh
per ea, quæ uoluit Bal. in conſi. 336. in 4. lib.
Abb. in d. c. quę in eccleſiarum, de cõſtitu. &
de ꝓba. & ubique Feli. & hæc ſufficiãt quoa
dubium. ¶ Venio ad ſecundũ, & ultimum,
pta, & partita domini Vexilliferi, & domino
draginta, ac totius corporalis creditorũ pr
fieri eo modo potuerint, quo facta fuiſſe n
& an de iure ualeãt, & ſit ſeruanda in præiu
rũ de Ghiſilardis, & ſuorũ iuriũ. Et ex dictis
primo dubio infertur, dicta præcepta, & pa
niaque inde ſequuta nulla, & inualida eſſe,
52 da, quoniam ſi Papa, † qui ſuper reuocation
giorũ plenitudinẽ poteſtatis habet iuxta c.
præſcri. & not. in c. 1. de reſcript. & arg. corũ
bentur, in c. propoſuit, de conceſ. præben. &
ma, ibique per totum, 25. q. 2. cum ſi. per ſua
ſionem priuilegij factã creditoribus, nõ pot
minis noſtris de ordinaria poteſtate priuileg
rum de Ghiſilardis tollere, & reuocare, ut ſu
cluſum fuit, minus inferiores manũ ſuper il
nere poſſunt, auth. multo magis, C. de ſacroſ
53 cleſijs. Præterea † cũ Papa cõfirmãdo, & de no
cedendo priuilegia appoſuerit manũ ad fauo
rũ de Ghiſilardis, quibus iam diu ex illis ius f
ſitum, inferior ſuper ijs nõ poteſt ſe intromi
quicquid ad inferiorẽ factũ, & attẽtatum fu
iudicium eorum, ſuper ꝗbus Papa ſe intromi
lum, & irritũ eſſe dicitur, c. ut noſtrũ, de app
ibi glo & docto. c. cum ueniſſent, de iudi. Ca
clem. ne romani, in 2. q. & ſequen. de electio
in c. illud, & in c. ꝑ tuas de maio. & obed. ibi
bonę gloſæ, & facit tex. in c. cũ ex frequẽtib
54 ſtitutio. Rurſus † ad ſolum Papam, & princip
tinet aliquẽ ſuo iure priuare, & ex cauſa tã
ad inferiorẽ, ut not. ꝑ gl. ſummæ, 25. q. 2. & h
doctores oẽs, in c. quæ in eccleſiarũ, de cõſtit
l. fi. C. ſi cõtra ius, uel util. pub. & in d. c. 1. de
ergo infertur, ꝙ quicquid per dictos domino
liferum, & Quadraginta, & magis ꝑ dictos c
res factũ, & attẽtatum fuit ad prȩiudiciũ iur
uilegiorum dictorum de Ghiſilardis, fuit nu
55 inualidum, quia † ipſis nõ citatis, & abſque c
gnitione non debuerunt ſuo iure, ſuaque q
ſeſſione priuari, c. licet epiſcopus, de præben
ibi glo. in uer. uocato, & doct. & l. fi. C. ſi per
56 alio modo. Et † factum ſuperioris, & iudicis
cto, iuriſque ordine non ſeruato proceſſit,
& cenſetur factum priuati, ac contra cum
turbatione illata agi poteſt, ſicut contra

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

priuatū c.cōquerēte, ubi plenè extra de reſti.ſpo.&
ſquauis prædicti hoīes illa fecerint freti fortaſſe au-
ctoritate apoſtolica ob literas creditorib. conceſſas,
tamen ea facere nō potuerunt, nec debuerūt abſque
cognitione cauſæ, & nō citatis Ghiſilardis, de quorū
enormi præiudicio agebatur, d.l fi.& ibi Bar.Bal. &
oēs, & l.meminerint, C unde ui: & oīno uidendū eſt
id qđ not.uoluit An.Barb. in cōſi.27.ſcripſit prophe
ta, in 2. & 3. col. uol.2. ubi dixit, ꝙ†clauſula ex certa
ſcientia operatur effectum, quādo ſuperior præmiſit
cauſæ cognitionem, & nō aliter, ut colligitur ex ijs,
quæ ponit Io.And.in c fraternitatē de ſciſmati.& de
clarat Io.de Imo.in l.quidā cōſulebat, ff.de re iudi.Et
†An.Barb in d.cōſi.col.7.in uerſi.itē illa doctrina di
xit, ꝙ clauſula ex certa ſciētia cū clauſula nō obſtāte
aliqua lege, ſeu priuilegio cōtrarijs, de qbus mentio
ſpecialis, & indiuidua faciēda eſſet, ſi agatur de præ-
iudicio tertij, & iuris iā acquiſiti, operatur, effectūq;
habet, quando interueniſſet perſona, de cuius præiu
dicio ageretur, uel fuiſſet citata ad cōtradicendū, ne
reſcriptū cōcederetur ꝑ ea, quæ Barb. ibi adducit: &
†cognitio cauſæ haberi nō poteſt, niſi parte pręsēte,
uel legitimè citata. quia cauſarū merita partiū aſſer-
tione pādūtur, l.fi. C.ſi ꝑ uim, uel alio mod.c.tàm ex
literis de reſtit.in integ. & l.in cauſæ, §.cauſa autem
cognita, ff de minor. & cū hæc dubitationē in ſe nō
habeāt, ſuper illis ulterius nō inſiſto. ¶ Reſtat igitur
uidendū, quo remedio ſit Ghiſilardis ſuccurſum ad-
uerſus facta per dominum Vexilliferum, dominos
Quadraginta, ac per dictos creditores, & qualiter te
neātur. Et breuiter cōcludēdo dico, †pluribus reme
dijs eſſe illis ſuccurſum, primo enim uidetur, ꝙ ex
quo prohibiti fuerunt uti re ſua eo modo, quo uti ſo
liti erāt, & ſic turbati fuerūt in ſua quaſi poſſeſſione
molēdi omnibus perſonis, & maximè piſtoribus, ac
alijs in partitis aduerſariorū nominatis, ipſi Ghiſilar
di potuerūt cōtra prædictos impediētes, & turbātes
uti interdicto uti poſſidetis, ut eſt tex.not.in l.ſicuti,
§.ariſto, ff.ſi ſerui.uēdi.in fi.uer.l.uī facit, & ibi Bar.
ff.de ui, & ui arma.& l.ſanè, ff de iniur. † qđ īterdictū
datur nō ſolum, ut quis ceſſet à turbationibus, mole
ſtationibus, & prohibitionibus, ſed etiam ad intereſ
ſe turbationis præteritæ, ut uoluit Bar.in l.1.in prin.
ꝑ illū tex.in ult.col ff.uti poſſid. & in l.prætor.§. fi.ff.
de noui oper.nuncia. & in l.1.§.huius, ff.uti poſſid.in
quit, ꝙ cōtra diffamantem, & impedientem, ſeu pro
hibentem me uti poſſeſſione mea, uel quaſi, ut qa di
cat me non habere iuriſdictionem, uel me eſſe malę
fidei poſſeſſorem, uel aliter me prohibeat uti poſſeſ
ſione mea, uel quaſi, & propter hoc colonos nō repe
riam, uel homines ad me, & ad rem meā uenire no-
lint, tunc mihi contra hunc competit interdictū uti
poſſidetis ꝑ tex.in d.l.uim facit, cū enim ex hoc im-
pediar fructus iuris mei, & meæ iuriſdictionis recol-
ligere, uidetur me in mea quaſi poſſeſſione turbare,
ut ibi: Ergo cum per proclamata, & præcepta, ut ſu-
pra, facta poſſeſſio, uel quaſi dictorū de Ghiſilardis
impediatur: nam propter illa piſtores, & alij nolunt
ad molendum frumenta ad ipſorum molendinū ac
cedere, ſequitur, qđ ipſi Ghiſilardi cōtra dictos hoīes
agere poſsūt interdicto uti poſſidetis nō ſolū, ut ipſi
de cætero in ſua poſſeſſione, uel quaſi nō turbētur,
ſed etiam ad intereſſe turbationis præteritæ, ut in d.
l.1.in prin.& ibi Bar.in ult.col.iunctis ijs, quæ ipſe ibi
uoluit, in §.interdictū, in pen. & ult.col. Itē† Bar. in l.
ſi duo, §.hoc interdictū, ff.eo.tit.ꝑ not.à gl.in d.l.ſicu
ti, §.ariſto, uoluit, ꝙ quādo qs ꝓhibetur uti ſeruitute,
uel iuriſdictiōe, uel iure cohærēte rei ſuæ immobili,
ex hoc dicitur turbari nō ſolū in quaſi poſſeſſione iu
ris, & rei incorporalis, ſed etiā in poſſeſſione rei cor
poralis, & immobilis, & ipſi cōpetit utile interdictū
uti poſſidetis ex eo, ꝙ prohibetur uti ſua quaſi poſſeſ
ſione ſeruitutis, & iuris, Bar in d.l.1.in prin ac etiam
interdictū directū uti poſſidetis ex eo, ꝙ in poſſeſſio-
ne fundi & rei immobilis ꝓhibetur nō permittendo
eū uti iure, & ſeruitute ſua. Ergo in caſu noſtro Ghi-
ſilardi, qui à dictis hominibus, & creditoribus prohi
bentur uti iure ſuo in molēdo frumēta piſtoribus, &
alijs, dicuntur ab eis turbari non ſolū in ſua quaſi poſ
ſeſſione illius iuris, & facultatis molēdi, ſed etiā ī ſua
uera poſſeſſione ſui molēdini per ſupradicta, & pro
pterea illis cōtra impediētes, & prohibētes cōpetet
nō ſolum interdictum utile uti poſſidetis, ſed etiam
directum diuerſis reſpectibus, ut dictū eſt: & ꝙ rōne
impedimenti, & turbationis quaſi poſſeſſionis cōtra
impedientes, turbantes, ac prohibentes detur, & cō-
petat interdictū uti poſſidetis, quod datur etiā ad in-
tereſſe, & damna, uoluit Bar. per illū tex.in l.fi.ff.uti
64 poſſid. Videtur etiam, † ꝙ Ghiſilardis cōpetat actio
iniuriarū contra dictos homines de facto, & abſque
citatione illos uti iuribus, & rebus ſuis prohibentes,
etiā ſi hoc auctoritate ſuperioris feciſſent, arg.l.me-
minerint, C. unde ui, & eſt bonus tex.in l.iniuriarū,
§.ſi quis me ꝓhibeat, & in fi.cū l. ſequen.ff.de iniur.
& in l.qui pēdentē, in fi. ff.de actio. empt.ibiq; doct.
omnes, in qua actione uenit æſtimatio iniuriæ atten
ta qualitate perſonæ, ſecundū ꝙ habetur, in § ſed pœ
na, & in § in ſumma, inſti.de iniur. ¶ Videtur etiam
Ghiſilardis ſuccursū eſſe remedio d. l. meminerint,
65 C.unde ui, & l.fi.C.ſi per uim, uel alio modo, † ubi il-
le, qui auctoritate reſcripti, & priuilegij ſibi à princi-
pe, & ſuperiore cōceſſi abſque citatione, & uia iudi-
ciaria aliquē ſua poſſeſſione, uel quaſi priuauerit, &
turbauerit, is priuatur oī iure, qđ habebat, & omni
cōmodo priuilegij, et reſcripti ſui, ut ibi habeť etiā ꝑ
Bar. Bal. & doct. poſt gl. & priuatus ante oīa eſt reſti-
tuendus, & reintegrādus etiā aduerſus ſuperiorē, c.
cōquerente, de reſtit. ſpolia. nam factum ſuperioris
iniuſtum, & illegitimū in hoc caſu nō excuſat, ut ibi:
Ergo in caſu noſtro dicti creditores, qui prętextu cō-
ceſſionum, & proclamationū quarūdam factarum,
per tūc dominū Legatum, & Vexilliferum, ac alios
priuarunt Ghiſilardos cōmodo ſuæ quaſi poſſeſſio-
nis molēdi frumēta piſtoribus, & alijs certis ꝑſonis,
ac illos prohibuerunt, & impediuerunt uti iure ſuo,
mādando piſtoribus, & quibuſdā certis perſonis ſub
pœna, ꝙ non deberent accedere extra ciuitatem ad
aliquod molēdinum etiā illorum de Ghiſilardis gra
tia molēdi frumēta, ob quę mandata, & præcepta pi
ſtores, alięq; perſonę de cętero nō fuerūt auſę ad illa
molēdīa accedere molēdi gratia, & ex hoc Ghiſilar
di impediti, & turbati fuerūt in ſua poſſeſſione molē
dini, & in ſua quaſi poſſeſſione iuris molēdi dictis ꝑ
ſonis, & cōſequēter īdebitè, ac iniuſtè priuati fuerūt
cōmodo, & utilitate dicti ſui iuris, ſuęq; poſſeſſionis,
dicti, in quam, creditores debēt omni iure ſuo, oīq;
cōmodo ſuarum cōceſſionum priuari, d.l. memine-
rint, & d.l.fi.ipſiq; Ghiſilardi ſunt ad ſuū ius, & ſtatū
priſtinū, in quo erant ante dicta proclamata, & man
data, reintegrandi, ac reſtituendi, attēto maximè, ꝙ
in laudo aliàs lato per dominum Vicelegatum arbi
trum aſſumptum, quod laudum fuit à partibus ratifi
catum, & approbatum, inter alia continetur, ꝙ in ca
ſu, quo infra tempus locationis dicti creditores uel-
lent molendinum Ghiſilardis reſtituere, & ita illud
reſtituerent, tunc, & eo caſu Ghiſilardi ſint, & eſſe
intelligantur repoſiti in eo ſtatu, & iure, in quibus
ante proclamata facta erant: Sed Ghiſilardi tunc
erant in quaſi poſſeſſione molendi piſtoribus, & om
nibus alijs, ergo ad illum eūdem ſtatum dictæ quaſi
poſſeſ-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN

poſſeſſionis, & iuris ſui ſunt reponēdi, ac reſtituēdi, alioquin uerum nō eſſet, ꝙ iura partium dicerentur reſeruata in terminis, in quibus erant ante dicta proclamata: & ex quo aduerſarij denegant hoc fieri debere, dicuntur proprio iuramēto cōtrauenire, & cōſequēter incurrere pœnas periurij, de qbus habetur, in l. ſi quis maior, C. de tranſactio. ex quo capite etiā dicentur ipſo iure priuati omni iure, & cōmodo dicti laudi, & pœnas in compromiſſo contentas incurriſſe: & ſequēdo illud, ꝙ Ghiſiliardi ſint ad ſuum ius, & ſtatum priſtinum reſtituendi, ſi poſtea dicti creditores aduerſarij ius aliquod prętēdat, experiātur aduerſus Ghiſiliardos coram ſuis iudicibus, ut habetur
66 in d. c. cōquerente, nam † clauſula illa appoſita in laudo, ut in caſu reſtitutionis molēdini ſint, & eſſe intelligātur reſeruata iura ipſis partibus in terminis, in q bus erant ante diē proclamationis factæ reſoluit oīa alia in laudo cōtenta, & expreſſa quoad effectū, ut ꝑ laudū, & proclamata in nullo iuribus ipſarū partiū præiudicatum cenſeatur per ea, quæ in ſimili, uoluit Bal. de clauſula ſaluo, & reſeruato, &c. in l. terminato, C. de fructi. & lit. expen. in 2. col. uerſi. nota. ꝙ illa uerba: & de hoc nō eſt dubitandū. Et hæc in præſenti conſultatione iuris eſſe exiſtimaui. Laus Deo.

SVMMAE.

1 *Verba uolumus, & ordinamus uim legis ſapiunt.*
2 *Nullum eſt id, quod eſt contra legis prohibitionem factum.*
3 *Pœnam non meretur id, quod fit legis, uel principis auctoritate.*
4 *Spoliatus non cenſetur, nec remedio reſtitutorio agit is, qui auctoritate prætoris, ſeu principis eſt ſpoliatus.*
5 *Cauſa iuſta ſemper in Papa, & principe præſumitur, & in quibus rebus.*
6 *Poſſidens auctoritate iudicis, & ſuperioris iuſtè poßidet, nec remedio reſtitutorio poteſt conueniri.*
7 *Clauſula generalis non obſtantibus in derogatione alicuius gratia, uel conceßionis an ſufficiat, quando ſunt plura obſtantia, & num. 28. uſque ad num. 31.*
8 *Gratia, ſeu conceßio facta propter merita, & utilitatem publicā, uel miſerationis cauſa per cōtrariam cōceßionē nō tollitur, niſi de ea ſpecialis mentio fiat, nec ſufficit clauſula generalis non obſtantibus quibuſcunque: & an hoc procedant, num. 32.*
9 *Idem de gratia, & conceßione facta à Papa in Conciſtorio cum expreſſo procerum, & Cardinalium conſenſu.*
10 *Exceptio facta de uno, uel de pluribus regulam in alijs caſibus firmat.*
11 *Notorium dicitur id, quod fit à principe, uel coram eo.*
12 *Reſtitutionem impedit, & ſpolio agentem repellit natura defectus proprietatis exceptio.*
13 *Et quando agenti ſpolio exceptio dominij, & proprietatis obſtet & num. 15.*
14 *Princeps, & Papa dicitur lex animata, & ab eo ius commune fit, & dependet.*
16 *Clauſula abſque præiudicio quid aperetur.*
17 *Spoliatur ſua poſſeßione, uel quaſi eſt ante omnia reſtituendus, & num. 25.*
18 *Super reſtitutione, & condemnatione damnorum agi poteſt poſſeſſorio recuperandæ contra eum, qui ſpoliauit, uel cuius mandato ſpoliatio facta cenſetur.*
19 *Papa terras eccleſiæ Romanæ ſubiectas poteſt ſibi, & iuriſdictioni ſuæ immediatè ſubijcere adeò, quòd alium ſuperiorem immediatè non recognoſcant.*
20 *Et in illis dicitur dominus, & plenitudinem poteſtatis habet.*
21 *Conceſſiones bonorum eccleſiæ factę à Papa ex iuſta cauſa ualēt.*
22 *Papę poteſtas, & auctoritas qualis, & quanta ſit.*
23 *Priuilegium principis, uel Papæ, ex quo ius, ſeu dominium eſſet alicui quæſitum, poteſt ab ipſo principe, uel Papa tolli cū clauſula generali non obſtante, & in ſubdito etiam ſine caſu.*
24 *Dignitates facere, & creare ad Papam, & principem ſpectat.*
26 *Spoliatus de facto propria auctoritate, ac uiolenter ius ſuum omne amittit.*
27 *Papa legem imponere, & prohibitionem facere non pot[...] ipſe, uel ſucceſſores ſui diſcedere non poſſint.*
28 *Papa, & princeps in derogando ſuę conſtitutioni, uel c[...] ni certam formam, & legem ſibi quidem, ſed non ſ[...] bus imponere poteſt.*
29 *Derogatio ſpecialis ubi requiritur, ſufficit clauſula, qu[...] obſtantium pro expreſſo habeatur, & fuerint appoſi[...] apta tollere omnia prius ſub quacunque forma uerbor[...] ceſſa, & diſpoſita.*
30 *Quid, ſi de iure tertij ageretur.*
31 *Princeps, & Papa an, quando, & quomodo ius, & d[...] alicuius tollere poſſit.*
33 *Expellēdi, et reſiſtēdi impune data poteſtas quomodo inte[...]*
34 *Exceptio dolo facis in iudicio poſſeßorij reſtituendę ſpolia[...] cto competentis locum non habet.*

EPITOME.

PRIVILEGIVM conceſſionis à princip[...] alicui de aliquibus locis ꝑ aliud priuilegiū p[...] prædeceſſoris prius conceſſis alicui ciuitati p[...] utilitatē publicā, propter fidelitatem, & deuo[...] ac ꝑpter beneficia, & merita illius ciuitatis, [...] decreto, ꝙ etiam de uolūtate dictæ ciuitatis a[...] comitatum, uel alium quemcunque titulum [...] nō poſſint, & conceſſiones ſint nullius robor[...] ceat ciuibus, & populo dictæ ciuitatis impe[...] ctas cōceſſiones quādocūque reſiſtere, ipſum [...] admittere, ſeu iā admiſſum impunè expeller[...] luerit, & derogauerit priuilegio cōceſſiōis d[...] tatis propter clauſulā derogatoriam prægn[...] eo appoſitam, & ꝙ ille, cui ſecunda conceſſ[...] fuit, eiectus à ciuibus, & à populo dictę ciuita[...] omnia ſit aduerſus illos reſtituendus, hic pro[...]

CONSILIVM CXLVII.

VIsis, ac benè conſideratis conceſſ[...] indultis, & priuilegijs per Iuliū ſec[...] Pōtificē Maximū cōitatis ciuitatis [...] cōceſſis, nec nō literis Comitatus [...] Ludouico nobili, ac patritio Bononienſi, & [...] Calderinis à Clemēte Papa ſeptimo poſtea d[...] detur prima frōte dicēdū, ꝙ præfata cōitas [...] debeat cōtra dictos de Calderinis obtinere, [...] detur habere iura potiora, quia in cōceſſioni[...] à Iulio factis reuocātur oēs cōceſſiones de di[...] uitate, illiuſque territorio, & diſtrictu qbuſcūq[...] ſonis ꝑ ſedē apoſtolicā, aut aliàs quomodocū[...] qualitercūque tunc factas, ac de cætero ꝓhibe[...] dicta ciuitas, & comitatus, & diſtrictus in Vic[...] ſeu Comitatū, uel aliū quēcūque titulū quoq[...] do etiā de uolūtate dictæ Ciuitatis alicui cōce[...] ſint: & ſi cōceſſiones ex poſt facto cōtra dict[...] tionē ꝑ Papā, ſeu ſedē apoſtolicā alicui etiā d[...] ſu totius populi fierēt, nullius ſint roboris, & [...] ti, & in caſu, quo factæ fuiſſent in futurū hu[...] cōceſſiones cōtra prohibitionem prædictā, [...] ceat ipſis ciuibus, & populo dictæ ciuitatis V[...] ſeu alteri dictas conceſſiones impetrāti qua[...] que reſiſtere, ipſumque non admittere, ſeu i[...] ſum impunè expellere, ut latius in literis apo[...] Iulij ſecūdi cōtinetur. Ex quibus infertur pri[...] conceſſio Comitatus facta poſtea Nobilibus d[...] derinis ipſo iure nulla fuit, tum qa facta fuit c[...] prohibitionem apoſtolicam facta per hæc ue[...]
1 lumus, & ordinamus, † quæ uim legis ſapiu[...] clemen. 1. & ibi Cardi. de offic. uicar. & in c[...] cta de electio. c. 1. in fi. de reliq. & uenera[...]
2 & in clem. dudum, §. ſtatuimus de ſepult. & [...] facta contra legis ꝓhibitionē debet dici nul[...] dubiū, C. de legib. & l. quemadmodum, C. [...]

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK PADERBORN